



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 21. An mortuus possit vel debeat absolvi à censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

tum satisfaciendi, si aliquando confiterit laqueum esse factam.

173. Q. 21. An mortuus possit vel debeat absolvi à censura. R. S. 1. Cap. Anobis 28. De sent. excomm. dicitur, quantumcunque se dictus vir juramento præcipit, quod Ecclesie mandato pareret, humiliare curaverit, quantumcunque poenitentiae signa præcesserint, quatenus morte præventus absolutionis non potuit beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse creditur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus, potest tamen & debet beneficio ei Ecclesie subveniri, si ut cum de ipsius viventis poenitentia per evidentia signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Idem habetur Cap. Sacris, 38. ibidem.

Obj. Ad absolvendum requiritur jurisdictionem quam Ecclesia non habet in defunctos. R. Abbas, Nav. Covarr. Sot. & alii dicunt in rigore non esse directam absolutionem mortui, sed tantum indirectam, in quantum permittitur à vivis circa mortuum, fieri consuetos actus sepulturae precum &c. Suar. & Dicast. d. 3. dub. 30. dicitur mortuum censuratum aliquo modo adhuc suffragari Ecclesie, imprimis quoad corpus, quod habet, manet, & cui negat sepulturam: deinde etiam quoad animam, quam privare potest suffragiorum vivorum, prohibendo, ne pro illis offerantur, hanc subjectionem putant sufficere.

174. S. 2. Eisdem verbis & modo absolvitur mortuus, quo vivus: si tamen jam sit sepultus, si est verberari sepulchrum: putat etiam Dicast. 494. licet necdum sepultus sit, satis esse verberari sarcophagum.

175. S. 3. Heredes tenentur saltem ex charitate procurare absolutionem tali post signa poenitentiae mortuo, ut sic fiat capax etiam suffragiorum Ecclesie, Dicast. à n. 490.